



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

An aliquam habuerunt Dei dilectionem vel sui ante casum. K

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

potuit: quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem ut factus est, credidit: non ab eo quod accepit sed ab eo quod acciperet si Deo subdi voluisset. Ecce hic aperte declarat angelos bonos creatos fuisse, & post creationem cecidisse: & fuit ibi aliqua morula licet breuissima. Quod Orig^{en} confirmat super Ezech. dicens. Serpens hostis contra-
 rius veritati non tamen à principio, nec statim supra pectus & ventrem suum ambulauit: sicut Adam & Eua non statim peccauerunt: ita & serpens aliquando fuit non serpens, cum in paradyso deliciarum moraretur: Deus enim malitiam non fecit. Ecce aperte dicit post creationem interposita morula cecidisse. Ideoque illa verba sic accipienda videntur. Homicida erat ab initio vel mendax, id est, statim post initium quando sibi æqualitatem Deo promisit, & seipsum occidit: qui homo dicitur in Euangelio. Nec in veritate stetit: quia in ea non fuit, sed ab initio temporis, id est, statim post initium temporis apostatauit. potest etiam & sic accipi illud. Ab initio homicida fuit vel mendax, id est, ex quo homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem præcipitauit & fallaciter seduxit. Ex prædictis ergo liquet angelos bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdam cecidisse à bono, quod habuissent si perstitissent.

Quod triplex fuit sapientia in angelis ante casum vel confirmationem.

I Hic inquiri solet, quam sapientiam habuerint ante casum vel confirmationem? Erat in eis triplex naturalis cognitio, qua sciebant quod facti erant: & à quo facti erant, & cum quo facti erant: & habebant aliquam boni & mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respuendum illis foret.

An aliquam Dei habuerint dilectionem vel sui inuicem.

K Solet etiam queri, virum aliquem Dei vel sui dilectionem inuicem habuerint. Ad quod dici potest,

V 2

rest,

Gen. 3. c. 1.

origenes 10.

2. homil. 1.

ante me-

dium.

Ibidem patet.

lo inferius.

Ioan. 2.

test, quod naturalem dilectionem habebant, & memoriam, intellectum, & ingenium, qua Deum & se aliquatenus diligebant, per quam tamen non merebantur.

AN PERFECTOS ET BEATOS CREAVIT Deus angelos, an miseros & imperfectos.

DISTINCT. IV.

*De habitibus beatitudinis & miseria angelorum.
Prom. 14. d.*

*Li. 11. ca. 17.
in princip.*

Post hæc videndum est, vtrum perfectos & beatos creavit Deus angelos, an miseros & imperfectos. Ad quod dici potest, quod nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt, quia ex peccato miseria est. Nam si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoque nunquam fuerunt illi qui ceciderunt, quia sui euentus ignari fuerunt, id est, peccati & supplicii futuri. Si enim lapsum suum præscierunt, aut vitare voluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri: aut potuerunt, sed noluerunt, & ita erant stulti & maligni. Ideoque dicimus, quia non erant præscii euentus sui: nec eis data est cognitio eorum, quæ futura erant super eos. Boni vero & qui perstiterunt, forte suæ beatitudinis præscii fuerunt. Vnde August. super Genes. Quomodo inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atque supplicii præscius non fuit? Quæritur autem cur non fuerit? Forte hoc Deus reuelare diabolo noluit, quid facturus vel passurus esset: cæteris vero reuelare voluit, quod in veritate mansuri essent. His verbis videtur August. significare quod angeli qui corruerunt, non fuerunt præscii sui casus: ideoque beati non fuerunt. Et quod angeli qui perstiterunt beatitudinem sibi affuturam præsciuerunt, atque de ea certi in spe existerunt, vnde quodammodo iam beati erant. Et reuera si ita fuisset, posset illos dici aliquo modo fuisse beatos: alios vero non, quæsciuerunt euentum suum.

Quod d
quod

Sed
quam
confe

illi à c

non re

sit ipse

nat ip

pecca

turum

cecide

que a

ti non

rant,

in eod

gener

incert

in me

beati

Summ

ant

Ex

rue

nem

quo f

runt,

lante

mod

beati

rel

Quo